

ur  
ita  
re. Ad  
n<sup>o</sup> do  
u qui  
at nol.  
enite.  
Seruire.



EA  
ZVS.  
VIRI  
QVI  
NON  
ABI  
G.M.  
CON  
SILI  
O IO  
PIO  
RVOR  
ET IN  
VIA  
PEC  
CA

GORVORNO. S. T. ET T. ET  
IHCATHEDRA PESTY. ENCS. N. S. ET.

**S**ed in lege domini uoluntas eius: et i lege eius meditabitur die ac nocte. **E**t erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. **E**t folium eius non defluet: et omnia quecumque faciet prospera bunt. **N**on sic impius non sic: sed tanquam puluis quem proicit uentus a facie terre.

**I**deo non resurgunt impius in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. **Q**uonia non uult dominus uiam iustorum: et iter impiorum peribit.

**P. S. D. D.**  
**D**ixere fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. **A**stiterunt reges terre: et principes conuenerunt in unum aduersus dominum: et aduersus christum eius. **D**iximus: uincula eorum: et piciamus a nobis iugum ipsorum. **Q**ui habuit iter-

oculis irridebit eos: & dominus subsannabit  
eos. **T**unc loquetur ad eos iura sua: & in  
furore suo conturbabit eos. **E**go autē cō  
stitutus sum rex ab eo super syon montē  
sanctū eius: predicans preceptum eius.

**D**ominus dixit ad me filius meus es tu:  
ego hodie genui te. **P**ostula a me & da  
bo tibi gentes hereditatē tuā & possessio  
nē tuam terminos terre. **R**eges eos in  
uirga ferrea tamquā uas figuli confrin  
ges eos. **E**t nunc reges intelligite: eru  
dimini qui iudicatis terrā. **S**eruite do  
mino in timore & exultate ei cū tremore.

**A**pprehendite disciplinā ne quando iras  
cat̄ dñs: & pereatis de uia iusta. **C**ū ex  
arserit in breui ira eius: beati omnes qui

**C**onfidunt in eo. **P. S. D. D.**  
**O**mine quid multiplicata sunt q̄  
tribulant me: multi insurgunt

aduersum me. **Q**uia dicunt anime mee:  
 non est salus ipsi in deo ei. **T**u autē dñe  
 susceptor meus es: gloria mea & exaltans ca-  
 put meū. **V**oce mea ad dominū clama-  
 ui & exaudiuit me de monte sancto suo.

**E**go dormiui & soporatus sū & exurrexi q̄a  
 dñs suscepit me. **N**on timebo milia popu-  
 li circūdantis me: exurge dñe saluū me  
 fac deus meus. **Q**uonia tu percussisti omēs  
 aduersarios meos sine causa: dentes pecca-  
 torū contriuisisti. **D**omini est salus: & super  
 populū tuū benedictio tua. **P̄s. D. B.**

**I**us inuocarem exaudiuit me deus  
 iusticie mee: in tribulacione dilatas-  
 ti michi. **M**iserere mei & exaudi  
 oracionē meā. **F**ilij hominū usquequo  
 graui corde: ut quid diligitis uanitatē. &  
 queritis mendaciū. **S**ciorū quoniam  
 mirificauit dñs sanctū suū: dominus ex

*Handwritten notes:*  
 F. 101  
 Ad compl. l. 101

audiet me cū clamauero ad eū. **I**ra facimini.  
Et nolite peccare: que dicitis incredibus uest-  
ris incubilibus uestris cōpungimini. **S**a-  
crificate sacrificiū iusticie et sperate in dño:  
multi dicunt quis ostendit nobis bona.

**S**ignatū est sup nos lumen uultus tui do-  
mine: dedisti leticiā in corde meo. **A** fructu  
frumenta uini et olei sui multiplicati sunt.

**I**n pace in idipsum dormiā et requiescaos.

**Q**uoniā tu dñe singulariter in spe: consti-

**U**erba mea auribus; **P**s. **101** **T**uisti me.  
**A**ppete dñe: intellige clamorē meū  
**A**ttende uoci orationis mee: rex me-

us et dñs meus. **Q**uoniam ad te orabo dñe: mane  
exaudies uocē meā. **M**ane astabo tibi et ui-

debo: quoniam non deus uolens iniquitatē tu-  
es. **N**eq; habitabit iuxta te malignus: neq;  
pmanebunt inuulti ante oculos tuos. **O**dis

ti omnes qui operant iniquitatē: pdes omēs

qui locunt<sup>3</sup> mendaciū. **U**irū sanguinū & do-  
losum abhominabit<sup>3</sup> dñs: ego autē in multi-  
tudine misericordie tue. **I**ntroibo ī domū  
tuā adorabo ad templū sanctū tuū in timo-  
re tuo. **D**ñe deduc me ī iusticia tua, ppter  
inimicos meos. Dirige ī conspectu tuo uiam  
meā. **Q**m̄ non est in ore eorū ueritas: cor eo-  
rū uanū est. **S**epulchrū patens est guttur  
eorū linguas suas dolose agebant: iudica il-  
los deus. **D**ecidant a cogitationib<sup>3</sup> suis. se-  
cundū multitudinē impietatū eorū expelle  
eos: qm̄ irritauerunt te dñe. **E**t letentur  
om̄s qui sperant in te: in eternū exultabunt  
& habitabis ī eis. **E**t gloriabunt<sup>3</sup> in te om̄s  
qui diligunt nom̄ tuū qm̄ tu benedices  
iusto. **D**ñe ut scuto bone uoluntatis tue  
cononasti nos. **P. S. D. D.**  
**D**e ne ī furore tuo arguas me: neq;  
ira tua coerpas me. **M**iserere mei

dñe qm̄ infirmus sum sana me dñe quoniam  
cōturbata sunt ossa mea **E**t anima mea tur-  
bata est ualde: & tu dñe usq; quo. **C**onuerte  
re dñe & eripe animā meā saluū me fac pp-  
ter misericordiam tuā. **Q**m̄ non est in morte q̄  
memor sit tui in inferno autē quis confitebi-  
tur tibi. **L**aborem i genitui meo lauabo per  
singulas noctes lectū meū lacrimis meis strā-  
tum meū rigabo. **T**urbatus est a furete oculus  
meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

**D**iscedite a me omnes q̄ operamini iniquitatē:  
qm̄ exaudiuit dñs uocē fletus mei **E**xau-  
diuit dñs deprecationē meā dñs orationē  
meā suscepit. **E**rubescant & conturbentur  
vehementer om̄s inimici mei conuertantur  
& erubescant ualde uelociter **P̄ S̄ . D̄ . D̄ .**

**D**ominus deus meus in te speraui saluū me  
fac ex omnib' p̄sequentib' me & libera  
me **N**e quando rapiat ut leo ani-

Beati qui in  
ge tua iugit  
ditant dñe  
r beati qui in  
confidentes tibi  
uunt in timore  
e mouit leo

factus in p̄mo

mā meam dñi non est qui redimat neq; qui saluū faciat. **O** nē dñs meus si feci istud: si est iniquitas ī manib; meis.

**S**i reddidi retribuentib; michi mala decida merito ab inimicis meis īanis. **P**ersequat' inimicus animā meā & cōprehendat' & cōculcet int'ra uitā meā & gloriā meā inpuluerē deducat.

**E**xurge dñe in ira tua & exaltare ī sinib; inimicōꝝ meoꝝ. **E**t exurge dñe deus meus ī p̄cepto quod mandasti & synagoga populōꝝ circūdabit te. **E**t p̄pter hanc ī altū regrederē: dñs iudicat populos.

**I**udica me dñe secundū iusticiā meam & scdm̄ innocenciam meā sup me. **C**onsumet' nequicia peccōꝝ & diriges iustū scrutans coeda & reues dñs.

**I**ustū adiutorē meū a dño: qui saluos facit rectos corde. **O**eus iudex iustus. fortis & paciens: nūquid nascitur p̄ singulos dies.

**N**isi conuersi fueritis gladiū suū uibrabit.

arcū suū tendit & parauit illū. **E**t iteo pa-  
rauit uasa iracundie: sagittas suas ardentibus  
effecit. **E**cce parturit iniusticiā: concepit  
dolore & peperit iniquitatē. **L**acū aperuit &  
effodit eū: & incidit ī foueā quā fecit. **C**ō-  
uertet dolorem eius ī caput eius: et inuertet ipsi  
iniquitas eius descendet. **C**onfitebor dño se-  
cundū iusticiā eius: & psallā nomini dñi.

**D**e dñs noster. **P**salmus. **S**alutissimi  
quā admirabile est nomen tuū in  
niuersa terra. **Q**m̄ eleuata est mag-  
nificencia tua sup̄ celos. **E**x ore infancium  
& lactencū pfecisti laudem: ppter inimicos tu-  
os: ut destruas inimicū & uideat. **Q**m̄ ui-  
debo celos tuos opera dignorum tuorum: lunā &  
stellas que tu fundasti. **Q**uid est homo  
quod memore es eius: aut filius hominis quā  
uisitas eū. **O**mnisti eū paulominus ab an-  
gelis. gloria & honore coronasti eū & consti-

5  
Tuisti eū sup opera manuū tuarū **O**mnia  
subiecisti sub pedib; ei; oues & boues uniuersa  
sup & pecora campi **V**olucres celi & pisces  
maris: qui pambulant semitas maris.

**D**ñe dñs noster: quā admirabile est nomen  
tuū in uniuersa terra **P S D D**

**C**onfitebor tibi dñe in toto corde meo:  
narrabo omnia mirabilia tua **L**eta  
bor & exultabo in te: psalla nomini  
tuo altissime **I**n conuertendo inimicum  
meū in retro sū infirmabunt et peribunt  
a facie tua **Q**m fecisti iudiciū meū & cau-  
sam meā sedisti sup thronū qui iudicas ius-  
ticiā **I**ncrepasti gentes & perit impius: no-  
men eorū delesti in eternū & in sc̄m seculi  
**I**nimici defecerunt fame in finē: & ciui-  
tates destruxisti **P**erit memoria eorū  
cū sonitu & dñs in eternū p̄manet **P**ara-  
uit in iudicio thronū suū & ipse iudicabit

orbem terre. iniquitate iudicabit populos in  
iusticia. **E**t factus est dñs refugium pauperi  
adiutor in opœtunitatib; in tribulacione. **E**t  
sperent ite qui nouerunt nomen tuum qm̄  
nō dereliquisti querentes te dñe. **P** saluta  
dño q̄ habitat in syon annunciate inter gen  
tes studia ei. **Q**m̄ requirens sanguinē eoz  
recedatus est: nō est oblitus clamorē paupe  
rū. **M**iserere mei dñe: uide humilitatē me  
am de inimicis meis. **Q**ui exaltas me de  
pœtis mortis: ut annunciem om̄s laudacio  
nes tuas in pœtis filie syon. **E**xultabo in saluta  
ri tuo: infixæ sunt gentes in interitū quē fecerunt.  
**I**n laqueo isto quē absconderunt: cō  
prehensus est pes eoz. **C**ognosceat dñs iudi  
cia faciens: in opib; manuum suarū cōprehen  
sus est peccator. **C**onuertant peccatores in  
ifernū om̄s gentes que obliuiscunt dñm.  
**Q**m̄ non in finem obliuio erit paupis: paci

encia pauperū non peribit infine. **Exurge** 6<sup>ta</sup>  
Feria  
dne non confotet homo: iudicent gentes ī  
conspectu tuo. **C**onstatue dne legis latorem  
sup eos: sciant gentes qm̄ homines sunt.

**U**t quid dne recessisti longe: despicias ī opoe  
tunitatib' in tribulacione. **D**ū supbit ipius  
icendit' paup: cōprehendunt' in consiliis q  
bus cogitant. **Q**m̄ laudat' peccatōe ī desi  
deriis anime sue: & iniquus benedicatur.

**E**xacerbauit dn̄m peccatōe: scdm̄ multitu  
dinē ire sue nō queret. **N**on est d̄s ī con  
spectu eius: inquinatē sunt uie illius in  
omni tempe. **A**uferunt' iudicia tua a fa  
cie ei' omniū inimicōꝝ suōꝝ dominabit'.

**O**xit enī in corde suo non moueboe a ge  
neracione ī generacionē sine malo. **C**ui'  
maledictione os plerū <sup>est</sup> & amaritudine &  
dolo. sub lingua ei' labōe & dolōe. **S**edet  
ī insidiis cū diuitib: ī occultis: ut interfici

ciat innocentem. **O**culi eius in pauperem respiciunt: insidiat in abscondito. quasi leo in spelunca sua. **I**nsidiat ut rapiat pauperem: rapere pauperem dum adtrahit eum. **I**n laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se et cadet cum dominatus fuerit pauperum. **D**ixit enim in corde suo oblitus est deus: auertit faciem suam ne uideat in fine. **E**xurge domine deus exaltet manus tua ne obliuiscaris pauperum. **P**ropter quod irritauit impius deum: dixit enim in corde suo non requiret. **U**ides quoniam tu laborem et dolorem consideras: ut tradas eos in manus tuas. **T**ibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiuuante. **C**ontere brachium peccatoris et maligni queret peccatum illius et non inuenietur. **D**ominus regnabit in eternum et in seculum seculi peribunt gentes de terra illius. **O**esiderium pauperum exaudiuit dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua. **I**udicare pu

pullo et humili ut non apponat ultra mac  
nificare se homo sup terras. **Ps. D. D.**

**H** dno confido: quomodo dicatis anime  
mee transingra i monte sicut passer.

**Q**m ecce peccatores intenderunt arcu para  
uerunt sagittas suas i pharetra: ut sagit  
tent i obscuro rectos coede. **Q**m que perfe  
cisti destruxerunt: iustus aute quid fecit.

**D**ns in templo sancto suo: dñs i celo sedes ei?

**O**culi ei in pauperē respiciunt: palpebre ei i  
terrogant filios hominū. **D**ns interrogat  
iustū & impiū: qui aute diligit iniquitatē  
odit animā suā. **P**lucet sup peccatores laque  
os: ignis sulphur. & spiritus pcellarū pars  
calicis eoy. **Q**m iustus dñs & iusticias di  
lexit: equitatē uidit uultus eius. **Ps. D. D.**

*ā D in salu  
facis  
corde cu i  
ammirabile  
parto motu  
erit quis  
di i mte dñe  
ā in crp*

**S**aluu me fac dñe qm defectit sanct?  
qm diminute sunt ueritates a filijs  
hominū. **V**ana locuti sunt unusqqs

q; ad proximū suū labia dolosa incedit et  
cedit loca sunt. **D**isperdat dñs uniuersa  
labia dolosa <sup>et</sup> linguā magniloquas.

**Q**ui dixerunt linguā nostram magnifica  
bimus. Labia nostra a nobis sunt quis nos  
ter dñs est. **P**ropter miserā inopū. e gem  
tū pauperū nunc exurgā dicit dñs. **P**o  
nam ī salutarī fidu. aliter agā meo. **E**lo  
quia dñi eloquia casta argenti igne exa  
minatū probatū terre purgatū septuplum.

**T**u domine seruabis nos e custodis nos a  
generatione hac in eternū. **I**ncircuitū im  
pi ambulat. sedm altitudinē tuā mul  
tiplicasti filios hominum. **P. S. D. D.**

**U**sque quo domine obliuisceris me in  
tinent usque quo auertas faciem tuam  
a me. **Q**uādiu ponā consilia ianu  
na mea dolorem ī corde meo p̄ diem. **V**s  
que quo exaltabit inimicus meus sup me.

respice & exaudi me dñe dñs meus. **I**llumina  
 oculos meos ne unquam obdormiam in morte:  
 ne quando ducat inimicus meus preteritum  
 aduersus eum. **Q**ui tribulant me exultabit  
 si motus fuero: ego autem in misericordia  
 tua speravi. **E**xultabit cor meum in saluta  
 ri tuo: cantabo dño qui bona tribuit mihi.  
 & psalla nomini dñi altissimi. **P̄s. D. D.**

**D**ixit insipiens in corde suo non est dñs.  
 Corrupta sunt et abominabiles facti  
 sunt in studiis suis: non est qui faciat  
 bonum non est usque ad unum. **D**ñs de celo p  
 sperit super filios hominum: ut uideat si est in  
 telligens aut regi urens dñm. **O**mnes decli  
 nauerunt simul inuiciles facti sunt: non  
 est qui faciat bonum non est usque ad unum.  
**S**epulchrum patris est guttur eorum: lingua  
 sua dolose agebant: uenenum aspidum sub  
 labiis eorum. **Q**uorum os maledictionis & amara

ritudine plenu est: ueloces pedes eoy ad ef-  
fundendu sanguine. **C**ontricio et infeli-  
citas i uis eoy et uia pacis non cognouerit:  
no est timoe dei ante oculos eoy. **N**onne  
cognoscent omnes qui operant iniquitate:  
qui deuorant plebem mea sicut escā pans.

**Q**uoniam non inuocauerunt: illic trepidauerunt  
timoe ubi non erat timoe. **Q**uoniam dñs i gene-  
ratione iusta est: consiliu inopis confudis-  
tis. quoniam dñs spes eius est. **Q**uis dabit ex sy-  
on salutare isrl: cu auerterit dñs captiui-  
tate plebis sue exultabit iacob. & letabitur

**Q**uis quis habitabit **P̄ S. DD.** israhel  
i tabernaculo tuo: aut quis requies-  
cet i monte sancto tuo. **Q**ui ingre-  
ditur sine macula: & operat iusticiam.

**Q**ui loquit ueritate in corde suo: qui non  
egit dolum in lingua sua. **N**ec fecit proxi-  
mo suo malu: & obprobriu non accepit. ad

uersus primos suos. **A**d nichilū deductus  
 est ī conspectu eius malignus: timentis au-  
 tē dñm glōrificat. **Q**ui iurat proximo  
 suo et nō decipit: qui pecuniā suam non  
 dedit ad usurā: & munera sup innocētē  
 nō accepit. **Q**ui facit hec: non mouebit

Feria VI ad primam

**F**eria VI ad primam

**S**eruire dño in ti-  
 more & exultante ca-

**B**enedicam

Memor sui ī nocte

**I**ncertum tu in

serua oculos nostros

agnosce te qd pe-

uendū ī uocari

qui glificat: om-

te diligem

De aduentu n.

Hora est annuus

de sapno surgere

et apti sunt oculi

nostri surgere ad ap-

qz lux nra est subter

in celo.

v. Agredietur signu

indite yesse.

**C**onserua me dñe **P**s. **D**ominus in eternū  
 qm̄ speraui in te: dixi dño d̄s meus

estis quoniā bonoz meoz nō egēs.  
**S**anctis qui sunt ī terra eius: mirificauit  
 omnes uoluntates meas ī eis. **M**ultiplica-  
 te sunt infirmitates eoz: postea accelera-  
 uerunt. **N**on congregabo conuentacula  
 eoz de sanguinibus: nec memore ero nomi-  
 nū eoz p labia mea.

**D**ominus pars he-  
 reditatis mee & calicis mei: tu es qui resti-  
 tuēs hereditatē meā michi. **F**unes cecide-  
 runt michi ī preclaris: & enī hereditas  
 mea p̄clara est m̄. **B**enedicā dominū

qui tribuit michi intellectū in sup̄ & usq;  
ad noctem increpauerunt me renes mei

**P**rouidebā dñm ī conspectu meo semper:  
qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. **P** p  
ter hoc letatū est cor meū & exultauit lin  
gua meā in sup̄ & caro mea requiescet in  
spe. **Q**m̄ nō derelinques animā meā in  
inferno: nec dabis sanctū tuū uidere cor  
ruptionē. **H**oras michi fecisti uias uite:  
adimplebis me leticia cū uultu tuo: de  
lectaciones ī dextera tua usq; in fi neos. **P̄s**

**L**audi domine iusticiā meā. **D**  
omine intende deprecationem meā. **A**urib;  
p̄cipe oracionē meā non in labiis do  
losis. **O**c̄ uultu tuo iudiciū meū p̄deat:  
oculi tui uideant equitates. **P**robasti cor  
meū & uisitasti nocte: igne me examinas  
ti & non est inuenta in me iniquitas. **V**t  
non loquat̄ os meū opera hominū prop

ter uerba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui uias du-  
 ras. **P**erfice gressus meos ī semitis tuis: ut  
 nō moueant uestigia mea. **E**go clamaui  
 qm̄ exaudisti me deus: inclina aurem tuā  
 michi & exaudi uerba mea. **M**irifica mise-  
 ricordias tuas: qui saluos facis sperantes in  
 te. **R**esistentib' dextere tue: custodi me:  
 ut pupillam oculi. **S**ub umbra alarum  
 tuarū p̄tege me: a facie impioꝝ qui me  
 afflixerunt. **I**nimici mei animā meā cir-  
 cū dederunt: adipem iuuī concluderunt:  
 os eoz locutū est supbia. **P**roicientes me  
 nunc circū dederunt me: oculos suos sta-  
 tuerunt declinare ī terrā. **S**usceperunt  
 me sicut leo paratus ad preda: & sicut ca-  
 tulus leonis habitans ī abditis. **E**xurge  
 dñe preueni eū & subplanta eū: eripe ani-  
 mā meā ab impio: frameam tuā ab inimi-  
 cis manus tue. **D**ñe a paucis de terra

diuide eos i uita eoz de absconditis tuis ad  
impletus est uenter eoz. **S**aturati sunt fili  
is: et dimiserunt reliquias suas paruulis  
suis. **E**go autē in iusticia apparebo con  
spectu tuo: faciabo cū apparuerit glā tua.

*Dominus  
inclina au  
tū dñe et  
audi nos qui sal  
os facis sperantes  
te. a. 12.*

**O**bligam te dñe fortitudo mea. **P**s.  
dominus firmamentū meū & refu  
giū meū & liberator meus. **O**s mīs  
adiuuor meus: & sperabo ī eū. **P**rotector mīs  
& coenu salutis mee: & susceptor mīs. **L**au  
dans inuocabo dñm: & ab inimicis meis  
saluus ero. **C**ircūdederunt me dolores me  
i: & terrens iniquitatis cōturbauerunt  
me. **D**olores inferi circūdederūt me: prec  
cupauerūt me laquei mortis. **I**ntribulatio  
ne mea iuocau dñm: & ad dñm meū clama  
ui. **E**t exaudiuit de templo sancto suo uo  
cē meā: & clamor meus ī conspectu ei iuro  
uit i aures ei. **C**ōmota est & cōtremuit ter

19  
ra fundamenta montium conturbata sunt et  
comota sunt: quoniam iratus est eis. **A**scendit fu-  
mus irae eius: et ignis a facie eius exarsit: carbo-  
nes succensi sunt ab eo. **I**nclinavit celos et  
descendit: et caligo sub pedibus eius. **E**t ascē-  
dit super cherubim et volauit: volauit super  
pennas uentorum. **E**t posuit tenebras latibu-  
lum suum in circuitu eius tabernaculum eius: tene-  
brosa aqua in nubibus aeris. **P**re fulgore in con-  
spectu eius: nubes transierunt: grando et car-  
bones ignis. **E**t intonuit de celo dominus et al-  
tissimus dedit uocem suam: grando et carbones  
ignis. **E**t misit sagittas suas et dissipauit  
eos: fulgura multiplicauit et conturbauit eos.  
**E**t apparuerunt fontes aquarum: et reuelata  
sunt fundamenta orbis terrarum. **A**b incre-  
patione tua domine: ab inspiratione spiritus  
ire tue. **M**isit de summo et accepit me: et as-  
supsit me de aquis multis. **E**ripuit me

de inimicis meis fortissimus & ab his qui ode-  
runt me: quoniam confortati sunt super me. **P**re-  
uenerunt me in die afflictionis mee: & factus  
est dominus protectio mea. **E**t eduxit me in latitu-  
dinem: saluum me fecit quoniam uoluit me. **E**t  
retribuet michi dominus secundum iustitiam meam: et  
secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.  
**Q**uia custodiui uias domini nec impii gessi a-  
ctio meo. **Q**uoniam omnia iudicia eius in conspec-  
tu meo: & iustitias eius non repuli a me. **E**t  
ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab in-  
iquitate mea. **E**t retribuet michi dominus se-  
cundum iustitiam meam & secundum puritatem ma-  
nuum mearum in conspectu oculorum eius.  
**Sabbat**  
**an pri**  
**nam**  
**Q**uoniam in sancto sanctus eris: & cum uiro inno-  
cente innocens eris. **E**t cum electo elec-  
tus eris: & cum puero puereris. **Q**uoniam tu po-  
pulum humilem saluum facies: & oculos super-  
borum humiliabis. **Q**uoniam tu illuminas lucet

12

nā meā dñe: d's meus illumina tenebras  
meas. **Q**m̄ me eripiar a temptatione: &  
i deo meo transgrediar murum. **D**s m̄s  
impolluta uia eius: eloquia dñi igne era  
minata. p̄tecto est omniū speranciū in se.  
**Q**m̄ quis deus p̄ter dñm̄: aut quis d's p̄ter  
dñm̄ nostrū. **D**eus qui p̄cepit me uirtute:  
& posuit immaculatā uia meā. **Q**ui p̄fe  
cit pedes meos tamquā ceruorū: et sup̄ ex  
celsa stans me. **Q**ui docet manus me  
as ad preliū: et posuit ista ut arcū ereū  
brachia mea. **E**t dedisti michi p̄tectionē  
salutis tue: & dextera tua suscepit me. **E**t  
disciplina tua corripuit me i finem: & disci  
plina tua ipsa me docebit. **D**ilatasti  
gressus meos subter me: & nō sunt ifir  
mata uestigia mea. **P**ersequar inim  
icos meos et cōprehendā illos: & non con  
uertar donec deficiant. **C**onfringam

illos nec poterunt stare: ceciderunt subtus pe-  
des meos. **E**t percussisti me uirtute ad bel-  
lū & supplantasti insurgentes ī me subtus  
me. **E**t inimicos meos dedisti michi clausū  
& odientes me dispdidisti. **C**lamauerunt  
nec erat qui saluos faceret: ad dñm nec ex-  
audiuit eos. **E**t cōminuā eos ut puluerē  
ante faciem uentū ut lutū plattarū dele-  
bo eos. **E**ripies me de contradictionibꝫ po-  
puli constitues me ī ca- put gencū. **P**o-  
pulus quē non cognoui seruuit mī  
ī audiu auris obediuit mī. **F**ilij alieni  
mentiti sunt michi: filij alieni inueterati  
sunt & claudicauerunt a semitis suis. **V**i-  
uit dñs & benedictus dñs meus: & exaltet  
dñs salutis mee. **D**ñs qui das uindictas mī  
& subdis populos sub me: liberatōe mīs de  
inimicis meis uacundis. **E**t ab insurgē-  
tibꝫ ī me exaltabis me: a uiro iniquo eri-

pis me. **P**ropterea confitebor tibi in nationibus; dñe & nomini tuo psalmū dicam

**M**agnificans salutem regis eius. & faciens misericordiam xpo suo dauid et semini eius

usq; in seculum. **P. S. D. D.**

**F**ili enarrant gloriā dei & opera manū eius

**Q**uā eius annunciat firmamentū. **D**i

es diei eructat uerbū & nox nocti indicat

scienciā. **N**on sunt loquēte neq; sermones:

quoz nō audiant uoces eoz. **I**n omnē terrā

exiit sonus eoz & in fines orbis terre uerba

eoz. **I**n sole posuit tabernaculū suū & ipse

tamquā sponsus pcedens de thalamo suo.

**E**xultauit ut gigas adcurrentia uia: a si-

mo celo egressio eius. **E**t occursum ei usq;

ad summū eius: nec est qui se abscondat

a calore ei. **L**ex dñi immaculata conuer-

tens animas: testimoniū dñi fidele sapi-

enciā prestans paruulis. **I**usticie dñi rec-

te lenificantis coeda preceptū dñi lucidū il  
luminans oculos. **T**imor dñi sanctus pma  
net in sc̄m sc̄i iudicia dñi uera iustifi  
cata ī semetipsa. **D**esiderabilia sup aurū et  
lapidē preciosū multū et dulciora sup mel  
q̄ fauū. **E**t enī seruus tuus custodit ea in  
custodiendis illis retribucio multa. **D**elic  
ta quis intelligit: ab occultis meis munda  
me q̄ ab alienis parte seruo tuo. **S**i mei nō  
fuerint dominati: tunc īmaculatus ero: et  
emundaboē a delicto maximo. **E**t erunt  
ut complacent eloquia oris mei: q̄ medi  
tacio cordis mei ī conspectu tuo semp. **D**o  
mine adiuuante meus: q̄ redemptor meus.

In hunc locum recipi  
mones q̄ nō au  
ant uocē eoz  
Gaudeat

regis tue  
de testimonio  
os conuēte ut  
ul' ul' m̄ p̄cep  
a uis m̄ de  
sc̄ula q̄ ab alienis

**G**audiat te dñs ī die tribulacionis:  
protegat te nomen dei iacob. **O**rit  
tat tibi auxiliū de sancto: q̄ de syon  
tueat te. **M**emor sit omnis sacrificij tui: q̄  
holocaustū tuū pingue fiat. **T**ribuat t̄

secūm cōtū: & omne consiliū tuū confirmet.

**L**etabimur in salutarī tuo: & ī nomine dei nos-  
tri magnificabimur. **I**mpleat dñs om̄s peti-  
tiones tuas: nunc cognouī qm̄ saluū fecit  
dñs xpm̄ suū. **E**xaudiet illū de celo scō  
suo: in potentia b' salus dextere eius. **H**ū ī  
currib; & hū ī equis: nos autē ī nomine do-  
mini dī nostri īuocabimus. **I**psi obligati  
sunt & ceciderunt: nos autē surreximus. **I**nuitatariū  
& erecti sumus. **D**ñe saluū fac regem: & **A**ddit maḡ dī  
exaudi nos ī die qua īuocauerimus te. **Q**uī

**D**e inuitate tua letabitur **P**s. **D**at nos  
re: & sup salutare tuū exultabit u-  
beriter. **D**esideriū cordis eius tri-  
buisi ei: & uoluntate labioꝝ ei non frau-  
dasti eū. **Q**m̄ preuenisti eū ī benedictio-  
nib' dulcedinis: posuisti ī capite ei' coronā  
de lapide precioso. **V**itā pecūt a te & tri-  
buisi ei' longitudinē dierū ī sc̄līn & ī

scientes quia hora est  
mi nos te sem ipno fugē  
t em ppor est ma sa  
s qm cū credidim? nox  
cessit dies autē appro  
inquabit. i. lx syon sp.

puem nos dñe  
lesti benedictione.  
m tua uirtute  
antes. et i tua pie  
te sperantes me  
am cōsequi p  
tū. bene i maata  
me pium.

scilicet in seculi. **M**agna est gloria ei in salutari  
tuo: gloria & magnū decore impones sup  
eū. **Q**uoniam dabis eū in benedictione in seculum  
seculi: letificabis eū in gaudio cū uultu tuo.

**Q**uoniam rex sperat in dño: & in misericordia altissimi  
nō commouebit. **I**nueniat manus tua  
omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat  
omnes qui te oderunt. **P**ones eos ut clu  
nū ignis in tempore uultus tui: dñs in ira  
sua conturbabit eos. & deuorabit eos ignis.

**F**ructū eorū de terra pedes: & semen eorū a filii  
is hominū. **Q**uoniam declinauerunt in te mala  
cogitauerunt consilia que non potuerunt  
stabilire. **Q**uoniam pones eos dōesū in reliqui  
is tuis prepabis uultū eorū. **E**xaltare dñe



in uirtute tua cantabim⁹ & psal  
lemus uirtutes tuas. **Ps. 121.**  
**E**ys deus meus respice in me qua  
re me dereliquisti: longe a salu

te mea uerba delictorum meorum. **D**ominus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et non ad insipientiam michi. **T**u autem in sancto habitas: laus israel. **I**n te sperauerunt patres nostri sperauerunt et liberaisti eos. **A**d te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi. **E**go autem sum uermis et non homo: obprobrium hominum et abiectio plebis. **O**mnes uidentes me deriserunt me: locuti sunt labiis et mouerunt caput. **S**perauit in domino eripiat eum saluum faciat eum quoniam uult eum. **Q**uoniam tu es qui extraxisti me de uentre: spes mea ab uberibus matris mee: in te pectus mea exutero. **D**e uentre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. **Q**uoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet. **C**ircūdederunt me uiculi multi tauri pingues obsederunt me. **A**peruerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens.

**S**icut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia  
ossa mea. **F**actum est cor meum tamquam cera li-  
quescens: in medio uentris mei. **A**ruiit tam-  
quam testa uirtus mea: & lingua mea adhaesit  
faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti  
me. **Q**ui circumdederunt me canes multi: con-  
cilium malignantium obsedit me. **F**oderunt  
manus meas & pedes meos: dirinerunt  
omnia ossa mea. **I**psi uero considerauerunt  
& inspererunt me: diuiserunt sibi uestimenta  
mea & super uestem meam miserunt sortem. **T**u au-  
tem domine ne elongaueris auxilium tuum ad defe-  
sionem meam: conspice. **E**rue a framea deus  
animam meam: & de manu canis unicam meam.  
**S**alua me ex ore leonis: & a cœnibus unicor-  
num humilitatem meam. **N**arrabo nomen tu-  
um fratribus meis: in medio ecclesie laudabo  
te. **Q**ui timetis dominum laudate eum: uniuersum  
semen iacob glorificate eum. **T**imeat eum

omne semen isrl' qm̄ nō spreuit neq; despex  
it deprecacionē pauperis. **N**ec auertit faciem  
suā a me: & cū clamarem ad eū exaudiuit  
me. **A**put te laus mea ī ecclesia magna  
uota mea reddā in conspectu timencū eū

**E**dent pauperes & saturabunt. & laudabunt  
dn̄m qui requirunt eū: uiuent coeda eoz ī  
sc̄lm̄ seculi. **R**eminiscēt & conuertent̄ ad  
dn̄m: uniuersi fines terre. **E**t adorabunt  
ī conspectu eius: uniuerse familie gentiū

*In aduentu  
Dni dieb  
Ecc veniet  
propheta mag  
ng et ipse  
renouabit  
fideles. alla.*

**Q**m̄ dn̄m est regnū: & ipse dominabit̄ gen  
tū. **M**anducauerunt & adorauerunt om̄s  
pingues terre: in conspectu eius cadent om  
nes qui descendunt in terrā. **E**t anima

*Qm̄ Dn̄m ī u  
tute tua letē*

**A**nnunciabit̄ dn̄o generacio uentura & an

*bitur rex*

**D**annunciabūt celi iusticiā ei' populo qui  
nascet̄ quē fecit dn̄s. **P. S. D. D.**  
**D**ns regit me & nichil michi deerit.

in loco paschue ibi me collocauit. **S**up aqua  
refectionis educauit me: anima mea con-  
uertit. **D**eduxit me sup semitas iusticie:  
ppter nomen suu. **N**am & si ambulauero in  
medio umbre mortis: no timebo mala qm  
tu mecu es. **V**irga tua & baculus tuus: ip-  
sa me consolata sunt. **P**arasti in conspectu  
meo mensa: aduersus eos qui tribulant me.  
**I**mpinguasti in oleo caput meum & calyx meus  
in ebrians quam preclarus est. **E**t misericordia  
tua subsequetur me: omnibus diebus uite mee.

**E**t ut inhabitem in domo dñi in longitudine  
dñi. **H**i est terra & pleni **P**s. **S**cientia  
tudo eius: orbis terrarum & uniuersi  
qui habitant in eo. **Q**uia ipse super  
maria fundauit eum & sup flumina prepa-  
rauit eum. **Q**uis ascendet in montem dñi  
aut quis stabit in loco sancto eius. **I**nnocens  
manibus & mundo corde qui no accepit

17. *fr. aduentu  
dieby dōnis  
Dng legifer  
nō dng rex  
nō ipe veniet  
ei saluabit  
nos.*

iuano animā suā nec iurauit ī dolo prox  
imo suo. **H**ic accipiet benedictionē a dño  
& misericordiam a dō salutarī suo. **H**ec est ge

neracio querencū eum querencū faciem  
dei iacob. **A** tollite portas principes uestras  
& eleuamini porte eternalis: & introibit rex

glorie. **Q**uis est iste rex glorie dñs fortis & 2lñ Dñs reg  
potens. dñs potens ī prelio. **A** tollite portas tue et nichil  
principes uestras & eleuamini porte eterna

derit ī loc  
les: & introibit rex glē. **Q**uis est iste rex  
glē: dñs uirtutum ipse est rex glorie.

derit ī loc  
pascue ibi m  
collocauit.

**A**lte dñe leuau animā. **P s. d. d.**

meā dñs meus in te cōfūdo non erū  
bescā. **N**eq; irideant me inimici

mei: & enī uniuersi qui sustinent te nō cō  
fundent. **C**onfundant omnes iniqua

agentes supuacue. **V**ias tuas dñe demōs

tra michi: & seminas tuas doce me. **O**ri  
ge me ī ueritate tua & doce me: quia tu

es deus saluatore meus. & te sustinui tota die

**R**eminiscere miserationū tuarū dñe: & misericordiarū tuarū que a seculo sunt. **O** elicta iuuentutis mee: & ignoancias meas ne memineris. **S**cđm misericordiam tuā memento mei tu ppter bonitatem tuā dñe. **D**ulcis & pietus dñs: ppter hoc legem dabit delinquentibus iūia. **O** iriget mansuetos i iudicio: docebit mitis uias suas. **V**niuersę uite domini misericordia. & ueritas: requirentib; testamentū eius & testimonia ei. **P**ropter nomen tuum dñe ppiaberis peccato meo: multū est enī

**Q**uis est homo qui timet dñm: legē statuit ei iūia quā elegit. **A**nima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terrā

**F**irmamentū est dñs timentib; eū: & testamentū ipsius ut manifestet illis. **O**culi mei semp ad dñm: quā ipse euellet de laqueo pedes meos. **R**espice i me & miserere

mei quia unicus & pauper sum ego. **T**ribu-  
 lationes cordis mei multiplicatae sunt de ne-  
 cessitatibus meis erue me. **V**ide humilitatem  
 meam & laborem meum: & dimitte uniuersa de-  
 lecta mea. **R**espice inimicos meos quoniam  
 multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt  
 me. **C**ustodi animam meam & erue me: non  
 erubescam quoniam speravi in te. **I**nnocentes  
 & recti adhaeserunt michi: quia sustinui te.  
**L**ibera deus israel: ex omnibus tribulationibus  
**S**ydica me domine quoniam **P**<sup>23. 25.</sup>**S. D. D.** sius.  
 ego in innocencia mea ingressus sum: & in  
 domino sperans non infirmabor. **P**roba me  
 domine & tempta me: ut renes meos. et cor me-  
 um. **Q**uoniam misericordia tua ante oculos  
 meos est: et complacui in ueritate tua. **N**on  
 sedi cum concilio uanitatis: & cum iniqua ge-  
 rentibus non inuibo. **O** diui. ecclesiam malig-  
 nantium: & cum impijs non sedebo. **L**auabo in

*Qua dicitur  
 dicitur in adiectione  
 Annunciat  
 propolis et di:  
 ceteris de  
 saluator  
 veniet.  
 y. Ex sion  
 species de eig.  
 & de qur ma:  
 nifesto ve.*

*Omni  
 imp ad dnm  
 Per annum  
 y. Memor  
 sui nocte  
 et ca.*

*In 2do  
 Nocturno*

ter innocens manus meas: & circūdabo al  
 tare tuū dñe. **V**t audiam uocem laudis  
 tue: & enarrem uniuersa mirabilia tua.  
**O**nē dilexi decore domus tue: & locū habita  
 tionis glorie tue. **N**e p̄das cū impijs deus  
 animā meā: & cū uiris sanguinū uitā meā.  
**I**n quoz manub' iniquitates sunt: dextera eo  
 rū repleta est munerib'. **E**go autē in inno  
 cencia mea ingressus sū: redime me & mi  
 serere mei. **P**es meus stetit ī directo: in eccle  
 sis benedicao. t. e. d. o. o. y. i. H. 2. 6.



**P**SD  
**O**OLVS  
 Illuminatio  
 mea: & salus  
 mea quē ti  
 mebo. **D**ñs  
 protectio ui  
 te mee: a q̄

trepidabo. **D**ū appropiant sup me nocentes  
 ut edant carnes meas. **Q**ui tribulant me ī  
 iuraci mei ipsi infirmati sunt & ceciderunt.  
**S**i consistant aduersū me castra non time  
 bit cor meū. **S**i exurgat aduersū me preli  
 um in hoc ego sperabo. **V**nam pecū a dño  
 hanc requiram ut inhabitē in domo dñi  
 omnib; dieb; uite mee. **U**t uideam uolupta  
 tate dñi & uisitem templū ei. **Q**m absco  
 dit me ī tabernaculo suo ī die maloz; protex  
 it me ī abscondito tabernaculi sui. **I**n petra  
 exaltauit me: & nunc exaltauit caput meū.  
 sup inimicos meos. **C**ircuui & immola  
 ui ī tabernaculo eius hostiā uociferacionis:  
 cantabo & psalmū dicam dño. **E**xaudi  
 dñe uocem meā qua clamaui ad te: mise  
 rere mei & exaudi me. **T**ibi dixit cor me  
 um exquisiuit te facies mea: faciem tuam  
 dñe requira. **N**e auertas faciem tuā a

me: ne declines iura a seruo tuo. **A**diuere  
meus esto ne derelinquas me: neq; despi  
cias me d's salutaris meus. **Q**uoniam pater meus  
& mater mea dereliquerunt me: dominus  
autem assumpsit me. **L**egem pone in d'ne  
iura tua & dirige me in semita recta prop  
ter inimicos meos. **N**e tradideris me in  
animas tribulantiu me: quoniam insurrexerunt  
in me testes iniqui: & mentita est iniqui  
tas sibi. **C**redo uidere bona d'ni: interua  
uientiu. **E**xpecta d'nm. uiriliter age.  
& confortetur cor tuu & sustine dominu.

**A**lte d'ne clamabo d's meus **Ps. 124.**  
ne sileas a me: ne quando taceas a  
me. & assimilabor descendenti in  
lacu. **E**xaudi d'ne uocem deprecationis  
mee, du oculo ad te: du extollo manus meas  
ad templu sanctu tuu. **N**e simul tradas  
me cu peccatorib: & cu operantiu iniqui

tatem ne perdas me. **Q**ui loquuntur pacem  
cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum

**Q**uia illis secundum opera eorum et secundum nequitiam  
adinvencionum ipsorum. **S**ecundum opera manu  
rum eorum tribue illis: redde retributionem eorum  
ipsis. **Q**uia non intellexerunt opera domini  
et opera manuum eius destrues illos. et non  
edificabis eos.

**B**enedictus dominus: quia exaudivit  
vocem deprecationis mee. **D**ominus adiu  
tor meus et protector meus: et in ipso speravit cor  
meum et adiutus sum. **E**t reflexit caro mea:  
et ex voluntate mea confitebor ei.

**D**ominus  
firmitudo plebis sue: et protector saluacionum. **U**nde Dominus destruxit  
christi sui est. **S**aluum fac populum tuum domine et socii uite tue  
benedic hereditati tue: et regere eos. **E**t extol

**A**fferte domino filii dei: afferte domino  
filios arietum. **A**fferte domino gloriam et  
honorum afferte domino gloriam nomini eius.

*Ana in aduē  
datis dieb.  
Ming e Gubi  
el ancelg ad  
M. Virginia  
desponsate  
Joseph*

adoret dñm in atrio sancto eius. **V**ox dñi  
sup aquas: dñs maieſtatis in tonitru <sup>dñs</sup> sup aquas  
multas. **V**ox dñi in uirtute: uox dñi in ma-  
gnificencia. **V**ox dñi confringentis cedros: &  
cōfringeret dñs cedros h̄ybani. **E**t cōmouet  
eos tamquā uitulū h̄ybani: & dilectus quē  
admodū filius unicoeniū. **V**ox dñi inter-  
cidenſ flammā ignis. uox dñi concucien-  
tis deſertū: & cōmouebit dñs deſertū cades.  
**V**ox dñi preparantis ceruos. & reuelabit con-  
denſa: & in templo eius omnes dicent glo-  
riam. **D**ñs diluuiū in habitare facit: & ſe-  
debit dñs rex in eternū. **D**ñs uirtutē popu-  
lo ſuo dabit: dñs benedicet populo ſuo in

**E**xtitabo te dñe qm̄ **P** **S** **D** **D** **S** **P** **A** **C** **E**  
ſuſcepisti me: nec delectaſti inimicos  
meos ſup me. **D**ñe deus meus clama-  
ui ad te: & ſanaſti me. **D**ñe eduxiſti ab i-  
ferno animā meā: ſaluatiſti me a deſcendē

21

tribus in lacu. **P**salute domino sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius. **Q**uia ira in indignatione eius: et uita in uoluntate eius.

**A**d uesperum demorabitur fletus: et ad matutinum leticia. **E**go autem dixi in habundancia mea non mouebo in eternum. **D**omine in uoluntate tua prestasti decorem meo uirtutum.

**A**uertisti faciem tuam a me: et factus sum contubatus. **A**d te domine clamabo: et ad dominum meum deprecabor.

**Q**ue utilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem. **N**umquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit ueritatem tuam.

**A**udiuit dominus et misertus est: dominus factus est adiutor meus.

**C**onuertisti planctum meum in gaudium michi: concidisti saccum meum et circumdedisti me leticia.

**V**t canter tibi gloria mea et non compungar: domine deus meus in eternum confitebor tibi.

**P** . . . **S** . . . **D** . . . **D** . . . **D** . . . **D** . . .

*Ana doctis diebus in adu. Ecce ancilla Dni fiat mihi seruandus vbi tuum*

*Alm. Adorare dominum in aule sua eius.*

**H**ic dñe speravi non confundar in eternū  
iniusticia tua libera me. **I**nclina ad me au  
rem tuā accelera ut eruas me. **E**sto michi  
ī deū p̄torem & ī domū refugii: ut sal  
uū me facias. **Q**m̄ fortitudo mea & refu  
giū meū est: & p̄pter nomen tuū deducis  
me et enutris me. **E**duces me de laqueo  
quē absconderunt michi: qm̄ tuus p̄tore  
meus. **I**n manus tuas comendo spiri  
tū meū redemisti me dñe d̄s ueritatis.  
**O**disti obseruantes uanitatis supuacue.  
**E**go autē in dño speravi exultabo et leta  
boe ī misericordia tua. **Q**m̄ respexisti humili  
tate meā saluasti de necessitatib' animam  
meā. **N**ec cōclusisti me ī manib' inimicū  
statuisti ī loco spacioso pedes meos. **M**isere  
re mei dñe quoniā tribuloe conturbatus  
est ira oculus meus. anima mea & uen  
ter meus. **Q**m̄ defecit ī dolore uita mea

22

et anni mei in gemitibus. **I**nfirmata est in  
 paupertate uirtus mea et ossa mea conturbata  
 sunt. **S**up omnes inimicos meos factus sum  
 opprobrium uicinis meis ualde et timor notis  
 meis. **Q**ui uidebant me foras fugerunt a  
 me: obliuioni datus sum tamquam mortuus  
 a corde. **F**actus sum tamquam uas perditum:  
 quoniam audiui uituperationem multorum como  
 rancium in circuitu. **I**n eo dum conuenirent  
 simul aduersum me: accipere animam meam  
 consiliati sunt. **E**go autem in te speraui domine:  
 dixi deus meus es tu in manibus tuis socius mee:  
**E**ripe me de manu inimicorum meorum: et a per  
 sequentibus me. **I**llustria faciem tuam super ser  
 uum tuum saluum me fac in misericordia tua domine non  
 confundar quoniam inuocaui te. **R**ubescant  
 impii et deducantur in infernum: muta fiant la  
 bia dolosa. **Q**ue locuntur aduersus iustum in  
 iniquitate: in superbia et in abusione. **Q**uam

magna multitudo dulcedinis tue dñe:  
quam abscondisti timentib' te. **P**erfecisti  
eis qui sperant in te: i' conspectu filioꝝ hoĩmũ.

**A**bscondes eos i' abscondito faciei tue: a cont'  
bacione hominũ. **P**roteges eos i' tabernacu  
lo tuo: a cõtradictione linguarũ. **B**enedict'  
dñs: qm̃ mirificauit misericordiã suã in  
i' ciuitate munita. **E**go autẽ dixi in excessu

mentis mee: p̃iectus sum a facie oculoꝝ tu  
oꝝ. **I**deo exaudisti uocẽ oracionis mee: di  
clamare ad te. **O** diligit dñm om̃s sancti  
eius: qm̃ ueritatẽ requiret dñs & retribu  
et habundanter facientib' supbiã. **V**irilit'  
agite & confortet' cor uestrũ: om̃es q' speratis

**B**eaui quoz remisse sunt **P**ec̃ca i' dño.  
iniquitates: & quoz tecta sunt peccata.

**B**eaui uir cui nō imputauit dñs  
peccatũ: nec est i' spũ ei' dolus. **Q**m̃  
tacui inueterauerunt ossa mea: dñi cla

marem tota die. **Q**uoniam die ac nocte grauata  
 est super me manus tua: conuersus sum in erup-  
 tionem meam dum configit spina. **D**elictum meum  
 cognatum tibi feci: et iniusticia mea non abscon-  
 di. **D**ixi confitebor aduersum me iniusticia  
 meam domino: et tu remisisti impietatem peccati  
 mei. **P**ro hac creabit ad te omnis sanctus: in  
 tempore oportuno. **V**erumtamen in diluuiis  
 aquarum multarum ad eum non adproximabit  
**T**uus refugium meum a tribulatione que cir-  
 cūdidit me: exultatio mea erue me: a cir-  
 cūdanab me. **I**ntellectum tibi dabo et instru-  
 am te in uia hac qua gradieris: firmabo super  
 te oculos meos. **N**olite fieri sicut equus  
 mulus: quibus non est intellectus. **I**ncha-  
 mo et freno maxillas eorum constringe: qui  
 non adproximant ad te. **O**uia flagella pec-  
 catorum: sperante autem in domino misericordia  
 circūdabit. **L**etamini in domino et exultate

Ana dicitur  
 diebus in adu-  
 Beaton me  
 dicitur aet ge-  
 nerationes  
 qd accidit  
 humiliter  
 respicit de  
 p. e. gradier  
 Ong. de lo-  
 facto suo.  
 d. uenit  
 ut saluet  
 p. s. m.

2m In tua u-  
 tua libera  
 me dicit  
 p. media  
 nocte surg  
 d. sup. in  
 tua et ca

mutatorum  
venite exul  
temus dno  
jubilem

uisti et gloriamini omnes recti corde.

**F**estinate uisti in dno: rectos **P 5. D. D.**  
**E**decet laudacio. **C**onfitemini dno in  
cithara in psalterio decem cordarum  
psallite illi. **C**antate ei canticum nouum: be  
ne psallite ei in uociferacione. **Q**uia rectum  
est uerbum dno: et omnia opera eius infide. **D**i  
ligit misericordiam et iudicium: misericordia dno  
plena est terra. **V**erbo dno celi firmati sunt  
et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. **C**o  
gregans sicut in uentre. . . aquas maris: po  
nens in thesauris abyssos. **T**imeat dominum  
omnis terra: ab eo autem commoueant omnes  
inhabitantes orbem. **Q**uia ipse dixit et facta  
sunt: ipse mandauit et creata sunt. **D**ominus  
dissipat consilia gentium: reprobat autem cog  
itationes populorum: et reprobat consilia princi  
pum. **C**onsilium autem domini in eternum ma  
net: cogitationes cordis eius in generatione

24

et generatione. **B**eata gens cuius est dominus deus  
eius: populus quem elegit in hereditatem sibi. **D**e

**D**e celo respexit dominus: iudicavit omnes filios hominum  
**D**e preparato habitaculo suo: respexit super omnes

qui habitant terram. **Q**ui finxit singillatim  
corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

**N**on salvabit rex per multam virtutem: et gigas non  
salvabitur in multitudine virtutis sue. **F**al-

lax equus ad salutem: in habundantia autem  
virtutis sue non salvabitur. **E**cce oculi domini su-

per metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordiam eius. **V**t eruat a morte animas eorum:

et aliat eos in fame. **A**nima nostra sustinet  
dominum quoniam adiutor et protector noster est. **Q**uia

in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius  
speravimus. **F**iat misericordia tua domine super

**B**enedicam dominum in omni  
tempore: semper laus eius in ore meo.

**Ps. 138.**

**I**n dño laudabit̃ anima mea: audiant man-  
sueti & letent̃. **M**agnificate dñm. mecum & ex-  
altemus nomen ei in idipsum. **E**xquisiui do-  
minũ & exaudiuit me: & ex om̃ib; tribulaci-  
onib; meis eripuit me. **A**ccedite ad eũ et  
illuminamini & facies uestre nõ confundẽ-  
tur. **I**ste pauper clamauit & dñs exaudiuit  
eũ & ex omnib; tribulacionib; ei saluauit  
eũ. **I**nmittat angelus dñi in circuitu tamen-  
cum eũ & eripiet eos. **G**ustate & uidete quũ  
suauis est dñs: beatus uir qui sperat in eo.  
**T**imete dñm om̃s sancti eius: quoniã nõ est  
inopia timentib; eũ. **D**iuites eguerunt et  
esurierunt: inquirentes autẽ dñm nõ nu-  
nuent̃ om̃i bono. **V**enite filij audite me:  
timeat̃ dñm docebo uos. **Q**uis est homo q̃  
uult uitã diligit dies uidere bonos. **P**ro-  
hibe linguã tuã a malo: & labia tua ne lo-  
quantur dolum. **D**uertere a malo & fac bo

nū inquire pacē & psequere eā **O**culi dñi  
 sup iustos: & aures ei in precis eoz **V**ultus  
 autē dñi sup facientes mala: ut pdat de ter  
 ra memoriā eoz **C**lamauerūt iusti & dñs  
 exaudiuit eos: & ex omib; tribulacionib; eoz  
 liberabit eos. **I**uxta est dñs hīs qui tribula  
 to sunt corde: et humilis spiritu saluabit.

**M**ulte tribulaciones iustoz: & de omnib' hīs  
 liberabit eos dñs. **C**ustodit dñs omnia os  
 sa eoz: unū ex hīs nō conteret. **M**oes pecca  
 toz pessima: & qui oderunt iustū delinqūt.

